

# C U R R E N D A.

---

**Venerabili Clero Diæcesano, Salutem in Domino!**

**Articulo XXIV. Conventionis inter SS. D. N. Pium Papam IX. et Suam C. R. Majestatem**

- 1342. Apostolicam Augustissimum Imperatorem Franciscum Josephum I. die 18. Augusti 1855 initæ præscriptum habetur: „parochiis omnibus providebitur publico indicto concursu, et servatis Concilii Tridentini præscriptionibus.“**

Quum vero praxis in parochiarum collatione a longa annorum serie in ditionibus Imperii Austriaci vigens, a præscriptis Concilii Tridentini non parum recesserit, et Antistites Imperii censuerint, optandum esse ut praxis hæc in pluribus manuteneri permittatur, SS. D. N. Pius Papa IX. literis Apostolicis die 17. Martii 1856 ad omnes Austriae Antistites datis declarare dignatus est „se propensum esse ad adhuc hanc indulgentiam in servandis consuetudinibus, quæ circa collationem parochiarum in quibusdam territoriis germanici diæcesibus invaluerunt, postquam tamen easdem consuetudines unusquisque Episcoporum speciatim et diligenter exposerit, ut debito examine perpensiæ intra illos permittantur limites, quos necessitas et præcipua locorum adjuncta suadere poterunt.“ Talem specialem consuetudinem Nostræ Diæcessis expositionem una cum congruis precibus S. Sedi Apostolicæ sub die 1. Octobris 1859 substravimus, atque desuper sequentem recepiimus decisionem:

„Ex audiencia Sanctissimi“

„Die 22. Novembris 1859.“

„Sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia PP. IX. referente me infrascripto Secretario s. Congregationis Negotiis ecclesiasticis Extraordinarius præpositæ, attentis circumstantiis animum suum moventibus Episcopo Premisiensi Oratori ad decennium hinc proximum tantum benigne concessit, ut vigentem in sua Diæcesi praxim exercere perget, habendi scilicet bis in anno concursus pro approbadis quoad scientiam sacerdotibus, qui parochorum munere fungi velint.“

„Id tamen ea lege concessum voluit, ut hujusmodi concursus habeantur per Synodales Examinateores ad Sacrorum Canonum normam electos veluti monet Benedictus XIV. de Synodo Diæcesana lib. VI. cap. VII. „et quoties hi desint, per examinatores præsynodales Apostolica autoritate peculiariter defectos diligenter servatis Canoniciis Sanctionibus ac præsertim Apostolicis ejusdem Benedicti XIV. Litteris, quæ incipiunt: „Cum illud.“ Ut autem Sacerdotes admittantur ad ejusmodi concursus, iis dotibus pollere debent, quas Sacri Canones et Lex Diæcesana postulant, ac tum voce tum scripto respondere debebunt questionibus, quæ ab Examinateoribus fuerint propositæ, quæque inter cetera de positiva, ut dicunt, Dogmatica et Morali Theologia, itemque de positivo Jure canonico erunt ferenda. Quovis exente sexennio, qui approbati fuerint, de novo concursus se sistant oportet, a quo onore ii duxata Ecclesiastici eximuntur viri, qui in præsenti inter Synodales vel pro — Synodales Examinateores sint adsciti, quique propter munieris aut beneficij, quo fruuntur, dignitatem, vel propter diurnam operam, qua Ecclesiæ cum laude servierunt, de eorum scientia probacionem satis superque exhibeant, quique idcirco ab Episcopo, auditâ Examinateorum sententia ab hac concursus lege immunes fuerint declarati. Hinc SSimus Dominus Noster vult, ut cum quævis paroecia suo fuerit orbata Rectore, pœcilius habita prædicta approbatione quoad scientiam, habeatur per commemorationis Synodales vel pro — Synodales Examinateores de collatione concursus, in quo ipsi eam adhuc causationem, quæ in usu est, judicent, qui ex petitoribus digni sint, quibus parochia sit conferenda, servato tamen semper Episcopo jure eligendi inter sic approbatos, quem ipse dignorem in Domino censuerit. Contraria quibuscumque minime obscuris. Datum Romæ e Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis, die, mense et anno prædictis

(L. S.) Joseph Berardi Secretarius.

Hanc itaque S. Sedis Apostolica concessionem debito cum obsequio executioni mandantes, expensis diligenter iis, quæ s. Concilium Tridentinum Sess. XXIV. cap. 18. de Reform., tum Decretum s. Congregationis Concilii die 10. Januarii 1721. editum atque Clementis XI. assensu firmatum, nec non Constitutione Benedicti XIV. de die 14. Decembris 1742 incipiens a verbis: „Cum illud“ præscribunt, habitu porro respectu eorum, quæ idem Pontifex Benedictus XIV. in præclaro suo opere de Synodo Diæcesano lib. IV. cap. VII. exponit — sequentia circa collationem beneficiorum curatorum in futurum observanda statuimus:

I. Examen Candidatorum pro beneficio Curatis institutetur duplex — alterum „quoad scientiam“ alterum quoad reliquas requisitas qualitates, videlicet: „ætatem, mores, prudentiam et alias res ad vacantem Ecclesiam gubernandam oportunas“ ut ait Concilium Tridentinum Sess. XXIV. cap. 18. de Reform.

**II.** Utrumque examen instituetur per Examidores pro -- Synodales, vigore facultatis a S. Congregatione Concilii die 19. Aprilis 1858 Nobis tributae, de Consensu Reverendissimi Capituli a Nobis natos, atque ad mentem dispositionis Concilii Tridentini juramento obstrictos.

**III.** Utrumque examen instituetur Premisiæ, attamen personalis præsentia Candidatorum nonnisi examine „quoad scientiam“ requiritur.

**IV.** Examen „quoad scientiam“ bis de anno, ut hucusque moris erat, instituetur, et quidem primus diebus Maii et Octobris, in Schematismo Diœcesano quotannis notificatis.

**V.** Candidati ad examen quoad scientiam admitti cipiunt, uno mense ante terminum pro examen præfixum insinuationes suas per Officium Decanale Consistorio Episcopali exhibeant oportet, et nonnisi accepta admissionis resolutione pro examine compareant. Quum autem supralaudatum Rescriptum Pontificium præcipiat, ut ad hoc examen illi tantum admittantur Candidati „qui iis pollut dotibus, quas sacri canones et lex diœcesana postulant“ binc inhaerendo præxi Diœcesis Nostræ et Conclusis Antistitum Vindobonæ anno 1849 congregatorum eos tantum sacerdotes ad subeundum examen quoad scientiam admissuri sumus, saltem per tres annos in cura animarum adplicati, vel in alio munere ecclesiastico constituti bene meruerit.

**VI.** Examen quoad scientiam instituetur et Dogmatica positiva, e Theologia moralis, e positivo Iure Canonico, e paraphrasi s. Scriptura et e Theologia pastorali, ad quam etiam instructio catechetica pertinet atque Candidati ad quæstiones ex bisce materiis sibi propositas „cum voce tum scripto“ respondebunt, mandat Rescriptum Pontificium. Præterea autem conciunculam textui Evangelico vel alteri dato themati commodatam exarandam habebunt.

**VII.** Examen scriptum uno absolvetur die, videlicet tribus horis ante meridiem et pariter tribus horas post meridiem. Proponent vero omnibus Candidatis quæstiones ædem, una e quavis materia; pro coponenda autem conciuncula textus evangelicus indicabitur vel aliud thema designabatur. Quæstiones propositæ ad proxim in cora animarum proxime spectabunt, nec erunt subtiles, nec longioribus disceptationibus obnoxiae. Ad scriptio resolvendam quamlibet quæstionem spatium unius horæ assignabitur, qua effluxa Candidati elaborata sua illico reddenda habent, sive illa plenaria terminaverint, nec ne.

**VIII.** Quum Decretum S. Congregationis Concilii de die 10. Januarii 1721. præcipiat, ut „concurrentes omnes in conclavi claudantur, unde quædiu scribent, nemo eorum egredi, neque aliis quispiam ingredi possit, nisi postquam scripta conficerint et exhibuerint“ cautela hæc stricte observabitur, nec usq; quorumpiam adminiculorum (exceptis sacra scriptura, Concilio Tridentino et Corpore Juris Canonici) ullo prætextu permittetur. Contra agentes pro resilientibus ab examine habendi erunt.

**IX.** Responsa ad quæstiones latino sermone exaranda sunt, e Theologia pastorali tamen uti et conciuncula vernacula idiomate conscribantur. Omnia porro elaborata a respectivis Candidatis propriis manuscribenda et subscribenda sunt, ut monet idem Decretum s. Congregationis Concilii.

**X.** Altero die Candidati oraliter pertentabuntur, atque conciunculas suas pridie compositas, vel alias quas maluerint, perorabunt. Quibus absolutis examen quoad scientiam terminatur.

**XI.** Valor examinis quoad scientiam ad proximum sexennum protenditur, et Candidatis in examen approbatis extradetur testimonium ejus tenoris: quod nimurum Candidatus N. N. in examine prosynodalium vim altiusfati Rescriptum Pontificium quoad scientiam diebus... instituto aprobatus exitierit, ipseque respectus scientie habilis renuntiatus fuerit, cui intra proximum sexennum a die examinis computandum, quodcumque vacans beneficium curatum conferatur. Candidati reprobati simpliciter de infausto eventu examinis suorum formabuntur.

**XII.** Effluxo sexennio, qui pro aliquo beneficio curato competere voluerint, iterato examini quoad scientiam se subjiciant oportet; a quo dispensari a Nobis „audita Examidorum sententia, ii nonnisi poterit sacerdotes, qui illis pollut qualitatibus, quas supra adductum Rescriptum Pontificium expostulat. Attempeta pro obtinendi tali dispensatione opportunis adminiculis instructa, tempestive et seorsive, non verum promiscue cum peccatis pro obtinendo aliquo beneficio exhibenda erunt. Ordinariatus audita Examidorum sententia super iis decernet, et oratoribus notificabit, num et in quantum precibus eorum delatum sit.

**XIII.** Jam vero præter examen quoad scientiam, cuius valor ad sexennum protenditur, insuper in collatione cujuslibet vacantis parochiae habendum est concursus per Examidores Synodales vel pro -- Synodales, qui, juxta tenorem supralaudatae Resolutionis Pontificiae habito respectu approbationis Candidatorum quoad scientiam, reliquias eorum qualitates ad vacancem Ecclesiam gubernandam opportunas expendant, eamque adhibentes cautionem, quæ in usu est, judicent, qui ex petitoribus digni sint, quibus vacans parochia sit conferenda; servato tamen semper Episcopo jure eligendi inter sic approbatos, quem ipse dignorem a Domino censuerit.

Hunc jam in finem vigentem huicm præxi manutenendam esse decernimus, vigore cuius Candidati beneficium quodquidam anhelantes in termino præfixo petitæ sua medio Officij Decanalij Consistorio exhibeant, illisque omnia ea apponant documenta, e quibus eorum aptitudo et idoneitas ad beneficium, ad quod aspirant, perspicci possit; videlicet literas ortus, testimonia studiorum, testimonium super peracto examine coœ cursuali quoad scientiam, applicationis Instrumenta, obtenta nefors collaudationum decreta, nec non sic dicta tabellam qualificationis, aliaque quæ ad rem facere possunt.

**A. RR. DD.** Decani foranei, vero petitæ talia ad Consistorium promoventes opinionem suam apponent praesertim quoad mores, prudentiam et applicationem Candidatorum. Meminerint autem, conscientiam ipsorum super veritate effectorum suorum graviter oneratam manere, illisque teneri ad candide patescere.

non tantum ea, quae in favorem Candidati faciunt, sed etiam illa, quae iisdem minus sicut. In ipsosmet enim redundaret culpa, si regimen animarum indignis consideretur manibus, ipsique rationem de animabus per id jacturam passis in stricto Dei Judicio reddere tenerunt.

**XIV.** Candidatorum per Examinatores pro inhabilibus declaratorum Consistorium circa faciem de collatione propositionem nullam habebit rationem, illisque peiuta absque effectu restituet.

**Premisiæ die 20. Martii 1860.**

Provocando ad Cursoriam sub dato 26. Decembri 1858 ad Nr. 1085 promulgatam Venerabili

Nro. 350. Clero Curato sequentia publicantur pro notitia et direzione.

3. 4993. Das Hohe Ministerium für Kultus und Unterricht hat mit Dekret vom 22. Jänner 1860 Z. 849/246 anhier bekannt gegeben, daß der mit hohem Erlaß vom 7. Mai 1858 Z. 7301 angeordnete Vorgang wegen gebührenfreier Ausfertigung und Einsendung der Todtencheine der in Oesterreich mit Tod abgehenden fürtlich Schwarzbürg-Sondershausen'schen Unterthanen, welcher mit h. o. Entimation vom 22. Mai 1858 dem hochwürdigen Consistorium mitgetheilt wurde, auch auf die Geburtscheine von Kindern der hierlands befindlichen besagten Staatsangehörigen auszudehnen sei.

Leimberg am 4. Februar 1860.

Nro. 268. Pro promovendis Missionibus catholicis videlicet in America et Africa, tum pro sepulchro Hierosolimitano ac pro sublevandis Catholicis in Oriente anno 1859 contribuerunt:

Venerabilis Clerus in Urbe Premisiensi pro Missione Africana	—	—	—	28 fl. 50 xr. V. A.
" " " pro sepulchro Hierosolimitano	—	—	—	28 fl. 70 xr. "
" " " pro Catholicis in Oriente	—	—	—	27 fl. 60 xr. "
Decanatus Sainboriensis pro Missionibus catholicis	—	—	—	3 fl. 36 xr. "
Jaworoviensis	"	"	—	2 fl. 10 xr. "
Rymanoviensis	"	"	—	13 fl. 65 xr. "
Mosciensis	"	"	—	9 fl. — xr. "
Jasloensis pro Missione Americana	—	—	—	5 fl. 93 xr. "
" " " Africana	—	—	—	5 fl. 98 xr. "
" " " sepulcro Hierosolimitano	—	—	—	5 fl. 99 xr. "
Brzozoviensis pro Missionibus catholicis	—	—	—	13 fl. 90 xr. "
Rymanoviensis e Kombornia pro Catholicis in Oriente	—	—	—	19 fl. 84 xr. "
Ressoviensis pro catholicis in Oriente nominatum e Tyczyn et Łęka	—	—	—	10 fl. 1 xr. "
Przeworscensis pro cathol. in Oriente	—	—	—	25 fl. 5 xr. "
Jasluensis ex Olipny pro catholicis in Oriente	—	—	—	11 fl. — xr. "
Miechocinensis	"	"	—	6 fl. 30 xr. "
Jaroslaviensis	"	"	—	4 fl. 20 xr. "
Liscensis	"	"	—	9 fl. 20 xr. "

Qua ex consignatione patet, nonnullos tantum Decanatus pro promovendis præfatis Missionibus symbolam contulisse.

Quamquam perbene notum est Nobis, proventus Vestros Dilecti in Christo Fratres! esse exiguo, attamen non desinimus ad charitatem Vestram christianam iterum atque iterum provocare, ut quilibet pro suo posse vel minimo cum obolo succurrat suis in Christo fratribus, qui spretis omnibus periculis, nec vitæ suæ parcentes, adeunt ultimos fines terræ, ut ibidem gentibus, qui in umbra mortis per ignorantiam suam sedent, annuntient Evangelium.

Hosce itaque Missionarios, pro salute animarum zelantes, operarios evangelicos misericordie tam Vestrae quam et populi fidelis commendamus, ut indesinenter subvenientes inopiae eorum, eo quod sunt discipuli Christi, et Vos pariter mercedem discipulorum recipere valeatis.

Insuper ne in dubio versemur, quantum quis pro qualibet ex præfatis Missionibus scilicet in America, in Africa, in Oriente vel pro sepulchro Hierosolimitano contulerit, necesse est, ut in futurum quisque ex contribuentibus expresse designet, cuiam ex supra specificatis Missionibus vel minimam partem suam offerat.

**Premisiæ die 28. Februarii 1860.**

**Nr. 257. S. S. Kreisschreiben an die Diözesan-Geistlichkeit.**

Im Laufe des Schuljahrs 1858/9 wurden durch milde Beiträge der hochwürdigen Geistlichkeit: der zur Erhaltung der hiesigen im Kloster unter eifriger Leitung des Altmus Ordens-Provinzialis P. Konstantin Pacholik befindlichen Bildungsanstalt für Taubstumme nötige Fond zusammengebracht, und daraus die Kosten der Verpflegung, Bekleidung und der sonstigen Bedürfnisse 3 armer taubstummen Knaben bestritten.

Indem das Consistorium ansiegender die Rechnung über die fräglichen Einnahmen und Ausgaben im Schuljahre 1859 veröffentlicht, ergreift es diesen Anlaß mit Vergnügen, um den edlen Gebern für ihre Theilnahme am Fortbestand dieses nützlichen Institutes den verbindlichsten Dank zu bezeugen, und dasselbe auch künftig in der christlichen Wohlthätigkeit des hochwürdigen Clerus angelegenheit zu empfehlen.

Übrigens hofft das Consistorium, daß die hochwürdigen Dekanate, welche im Schuljahre 1859 keine Sammlungen für die Taubstummen veranstaltet haben, solche nachträglich vornehmen, und die eingesammelten Gaben zeitlich anher übermachen werden.

Vom bischöflichen Consistorium r. l.

Przemyśl, am 12. März 1860.

ad Nr. 237 ex 1860 S. S.

## Rechnungs - Ausweis

der unter der Leitung des Przemysler lat. Consistoriums stehenden Schule für Taubstumme zu Przemyśl für das Schuljahr 1858/9.

			Eingeln		Zusammen		Anmerkung in österreich. Währ.
			fl.	fr.	fl.	fr.	
			in österreich. Währ.				
		A) Empfang.					
1	Mit Ende des Schuljahres 1858 verblieb ein Kasza - Rest von 230 fl. 17½ fr. Con. Münze, aber . . . . .	241	80⅓				
	Hiezu sind eingeflossen:						
2	Vom Clerus des Sanoker Decanats . . . . .	17	85				
3	" " Rymanower " . . . . .	5	25				
4	" " Zmigrodcer " . . . . .	4	70				
5	" " Jaworower " . . . . .	4	—				
6	" " Jasloer " . . . . .	19	80				
7	" " Brzozower " . . . . .	10	50				
8	" " Przeworsker " . . . . .	11	5				
9	" " Strzyżower " . . . . .	2	42⅓				
10	" " der Stadt Przemyśl " . . . . .	28	60				
11	Vom Letziger Bernardiner Guardian, PP. Eucarpinus Gwizczer	10	50				
12	Un Interessen von der Grundentlastungs - Obligation pr. 50 fl. C. M. für die Zeit vom 1. November 1858 bis Ende Oktober 1859. 2 fl. 30 fr. C. M. oder nach Abschlag der 5%igen Einkommensteuer	2	50				
13	Ein vom Crudecer Pfarrer Herrn Titus Hibi geschenkter am 1. No- vember 1859 fälliger Grundentlastungs - Obligations - Coupon im No- minalwerthe von 2 fl. 30 fr. C. M. oder nach Abschlag der 5%igen Einkommensteuer	2	50				
	Summa des Empfangs . . . . .			361	48⅓		
	B.) Ausgabe.						
1	Dem Algm. Provinzial P. Konstantin Pacholik am Verpflegungs- und Bekleidungskosten für 3 taubstumme Knaben, nämlich Johann Bal- wirczyk, Theophil Bielowski, und Adalbert Olbrotowski, vom 1. Juli 1858 bis Ende Juli 1859			141	55		
2	Der k. k. Finanz - Procuratur an Vorschuß zur Einbringung des Pla- nazykischen Legates			5	—		
	Summa der Ausgabe . . . . .			146	55		
	Bergleicht man nun den Empfang . . . . .			361	48⅓		
	mit der Ausgabe . . . . .			146	55		
	so verbleibt ein baarer Rest pr. . . . .			214	93⅓		
	Sage: Zwey Hundert und Bierzehn Gulden 93⅓ fr. östl. Währung.						
	Weitersdem besitzt die Instalt:						
a)	4 Stück Einlagsbüchel der galizischen Sparkasse a 100 fl. C. M.	420	—				
b)	1 Stück Sparfestschüdel aus der Schenkung des Dubieckoer Herrn Pfarrers Anton Koczanowicz pr. 48 fl. 31 fr. C. M. oder	50	94⅓				
c)	1 Stück k. k. ostgalizische Grundentlastungs - Obligation Nr. 3748 ge- schenkt durch den Dubieckoer Herrn Pfarrer Anton Koczanowicz im Kennwerthe von 50 fl. C. M. oder	52	50				
d)	eine vom Crudecer Pfarrer Herrn Titus Hibi geschenkte Grundent- lastungs - Obligation Nr. 4427 im Kennwerthe von 100 fl. C. M. oder	105	—				
	Zusammen . . . . .			628	44⅓		

Przemyśl den 12. März 1860.

E CONSISTORIO EPISCOPALI R. L. PREMISLIENSI.

Franciscus Xaverius,  
Eppus.

Adalbertus Harmata,  
Cancellarius.